

# SIGISMUNDI SCACCIAE

IVRISCONS. ROMANI

Tractatus

## DE COMMERCIIIS, ET CAMBIO.

*IN QVO NON MINVS OPPORTVNE, QVAM IVXTA OC-  
casionem copiose tractatur de mora, interesse, usura, solemnitate scriptura, asse in pondere, & va-  
lore, de moneta, solutionibus, oblatione, deposito, praescriptionibus, compensationibus, iurium ces-  
sionibus, delegationibus, ad iudicatione nominis debitoris, hypotheca, adiecto, manifestatione, ces-  
sione bonorum, legitimatione personarum, curatore dando hereditati, & de modo procedendi in  
causis cambiorum.*

AD SANCTISS. VIRGINEM  
MARIAM MATREM DEI.

*OPVS NUNC PRIMUM IN GERMANIA EDITVM, ET A FLV-  
viniis mentis repurgatum. Accessit etiam Index copiosissimus.*



COLONIAE

Sumptibus Antonij Boëtzeri

Anno M. DC. XX.

PERMISSV SUPERIORVM ET AVCTORIS.



*Antonij Boëtzeri  
Vallus ieruz.*



GOELI IMPERATRICI  
DEI OPT. MAX. PA-  
RENTI MARIÆ.



**Q**VAS Commerciorum fruges, AVEVSTISSIMA IMPERA-  
TRIX, ex amplissimo moralis philosophiæ campo, non v-  
nius anni vigiliæ, sed complurium vigiliarum retulere la-  
bores; eas ubi tutius vt vigeant, valeantque pretio, si fas est,  
ctiam apud homines, nunquam interituro, quam in tutis-  
simo, atque immortali tui patrocini horreo asseruatas, &  
conseruatas velim? Habe igitur messem ingenii mei, exiguam illam qui-  
dem, mentis tamen tibi deuotæ pignus immortale. Quod vero vnus è tri-  
bus, typorum characteribus dudum consignauis libris, in tuo nomine nõ  
apparuit, id fuit in causa, vt hic ipse suo longe germano, & fœlicior, & tuo  
numine gloriosior appareret; neque iniuria quidem; videbatur enim sibi  
hanc præ cæteris prærogatiuam abs Te iure quodam peculiari deposcere  
Commercii titulo, Quæ vna faustissimum inter DEVM, hominemque  
commercium instituisi. Interim quam præclare mecum in præsentia a-  
ctum sit, ij plane intelligent, qui hisce meis è flosculis, tuis iam factis, faui  
succum degustabunt. Quod est reliquum, clausulæ neque obsecratione,  
neque obtestatione longiore vtar; nam animi studium mei longissimam  
quamuis orationem superaret. Salue, Fœlicissima in Cælo Imperatrix, Di-  
ua Virgo, Deipara, meque tuis subiectum sceptris æuo dona sempiterno.





# SIGISMUNDI SCACCIAE IURISCONS. ROMANI,

De

## COMMERCII, ET CAMBIO.

S. I. QVÆSTIO I.

ARGVMENTVM.

Commerciaan sint prohibita: de negotia-  
tione, Mercatura, Sponfione, Ludo, Af-  
securatione, Censu, Prestitis Venetia-  
rum, Monte Florentiz, Locis compera-  
rū S. Georgii Civitatis Genuz; Societate,  
Societate officii, Mutuo, & Vtura; Monte  
pletatis, alijsq; Montibus, Emptione no-  
minis debitoris, Contractu à godere à go-  
dere, Emptione cum pactis relictis, &  
Fideiussione: Quæ commercia, quando,  
vbi, & quibus sint prohibita.

S V M M A R I A,

- Generica inscriptioni quare addatur inscriptio speciei, n. 1.  
Cecum cecum dicens: ambo cadunt, n. 2.  
Commercium nomen generale, quid comprehendat, n. 3. Quid  
sit, n. 4. Unde dicatur, n. 5.  
Negotium quid significet, & unde dicatur, n. 6. & 7.  
Negotiationis nomen denominatio, & generalitas, n. 8.  
Negotio, & mercator negotiator, & mercator sunt idem  
n. 9. Et quare negotiationis nomen se lacius extendat, n. 10.  
& 11.  
Mercator unde dicatur, n. 11.  
Negotio, seu mercatura: negotiator, seu mercator qui di-  
citur, n. 12. 14. & sub n. 77.  
Artificium, & artifices qui dicuntur, n. 13.  
Vsurarius an vocetur appellatione mercatoris, n. 14.  
Contractus quid sit, & eius ætymologia, n. 15.  
Contractuum specier, remissio, n. 16.  
Commercia que damnantur, quæ ratione mouentur, n. 17. Et  
qua ibi, que approbatur, n. 18.  
Vsurarium commerciorum determinatio an spectet ad Ca-  
nonistam vel ad Theologos, n. 19. & seq. & n. 38.  
Theologus in foro conscientie quid debeat observare, n. 28.  
& seq.  
Religiosorum consilium in contractu censu ex Pii V. horta-  
tione adhibendum, n. 38. in fine.



**Q**UÆSTIO I. inter commercia, de  
quibus, IESV CHRISTO, Re-  
demptore nostro, dicitur, actus  
est magis difficile, & magis  
periculosum, per ea, quæ dixi  
9. seq. num. 11. & seq. & vbi ma-  
ius est periculum, ibi cautius  
est agendum, vt scripsi in meo tract. de iur. cons. lib. 1.  
cap. 87. n. 8. idcirco de cambio plenius, quam de al-  
iis commercijs mihi agendum proposui, hacque  
ratione tractatum hanc de Commercijs, & Cambio, in-  
scripsi sacra imitatus scripturam; dicitur discipulus e-  
ius, & Patre, & Cæsarum ius in C. de seruit. & aqu. &  
ibi notavit Glos.

Et quo rem fundamentaliter, & ex radice scia-  
mus, an ne ex ignotis ad ignora procedam? (quod  
in omni disciplinatum genere præcauendum est;  
quia, si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam ca-  
dent, Mart. 25. nu. 15. Luc. 6. an 39. 1. 5. que ipsi, dist. 38.  
& c. 11. post translationem de remiss.) pro verborum, &  
rectum, de quibus venit agendum, intelligentia, bre-  
uiter de eorum significatione non inutiliter erunt  
paucæ præmittendæ; nempe, quid significet commer-  
cium, quidue sit, quid negotio, mercatura, negotia-  
tor, mercator, artificium, artifex, & contractus; qui-  
bus præmissis; duo, quæ vniuersum respicere pos-  
sunt tractatum, adnotabo, & his absolutis, rem ag-  
grediar.

Commercium est nomen generale, comprehen-  
dens æque commercium terrestræ, & commercium  
nauale, cap. vlt. rhoda. dist. 2. imò comprehendit etiam  
cælestæ commercium; quando scilicet Creator ge-  
neris humani, sumens animatum corpus, largitus  
est nobis suam deitatem; quod sancta Mater Eccle-  
sia in repetitis Antiphonis ultimi Officii B. Virginis  
vocat commercium admirabile; & deorum com-  
prehendit omnem contractum, Glos. in l. 5. de hac in-  
re. ff. de iust. & iur. & in §. 1. Inst. de iur. si quis. vbi  
in verbo, commercium. Fabian. de nomen. tractat. de empr. &  
vendit. quest. 4. princip. sub num. 1. fol. 43. & Strach. tract.  
de pœcen. part. 2. num. 15. fol. 339. vterque inter tractat. di-  
uers. tom. 6. part. 1. & probatur ex dist. leg. ex hoc iure ex

A

451.